



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrīs Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.I.], 1645**

§. 8. Quanta sit non solūm diuinæ, sed etiam humanæ misericordiæ vis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

albabuntur, & si fuerint rubra, quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Obseruat D. Basil. lius, colorem coccineum & rubrum, inter homil. de omnes colores, esse maximè tenaces, ac ferè pœnit. indelebiles, immò velut in natuum colorem conuersti. Quare & peccatum ita adhæret, præsertim impijs, & fornicarijs, quos pra §. 4. Fulbertus, supra, dixit, indelebili nota, in sanguine suo morituros, ni diuina scilicet gratia vtantur; hac tamen pœnitentiāque qui vtuntur, lauari, mundariq; possunt, & quasi nix aut lana dealbari; etiam si peccata illorum pondere grauia, enormitate cruenta, numero multa, consuetudine inolita, & velut in naturam conuersa videantur. Verè S. Cyprianus: *Quæcunq; necessitas cogat ad pœnitentiam; nec quantitas criminis, nec breuitas temporis, nec vite enormitas, nec hora extremitas, si pura fuerit voluntatis mutatio, excludit à venia, sed in amplissimos sinus suos mater charitas reuertentes suscipit prodigos, & velit nolit Nonatus hereticus, semper verè pœnitentes suscipit Christus.*

S. Cypri-  
an. serm.  
de cœna  
Dominis

## §. VIII.

*Quanta sit, non solum diuinæ, sed etiam humana misericordia vis?*

Itaque quisquis vel de se, vel de vlo pec-

Cc 5 catore,

catore, rem desperatam esse putat, *huc o-*  
*culos reflectat, & respiret.* Neque offendit  
 debet quisquam, si videt multa ac grandia  
 quædam peccata, à sic conuerso, antè fuisse  
 perpetrata. Talis ardentiùs dicere potest:

Pſ. 106. 1.

*Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam*  
*in seculum misericordia eius. In magni pecca-*  
*toris conuersione, magna misericordia o-*  
*stenditur. Neq; quidquam magna Dei mi-*  
*sericordia, magnæ eiusdem iustitiae præro-*  
*gat. Vtraque illius est, vtrahis potest uti,*  
*pro libertate. Neq; verò iustitia in talibus*  
*nulla ostenditur. Bonifacius magna con-*  
*tritione, magno amore Dei, magna potuit*

Luc. 7. 47.

*peccata compensare, vt diceretur: Remit-*  
*tuntur ei peccata multa, quoniam dilexit mul-*  
*tum.. Deniq; inter tot tormenta, facile po-*  
*tuit luere tot delicta; & tanto sanguine tan-*  
*ta peccata lauare. Quòd si etiam conside-*  
*re volumus, quid de congruo Aglaidi &*  
*Bonifacio fecerit Deus; duas in ijs cauſas*

Surius in  
eius vita  
5. Iunij.

reperiemus. Nam Bonifacius, etiam cum  
 vino & Venere caleret, pecunia erat contem-  
 tor magnificētissimus, & ad eas egentibus distri-  
 buendas longè liberalissimus, & hospitalitati de-  
 ditus, si ullus alius. Si quando ergo vidisset ali-  
 quos ex viatoribus, aut astu & siti aliquatos,

aut

aut niue, & frigore concretos, aut alia ratione itinere grauatos, ipse festinans hilariter eis ibat obuiam, & rogabat, ut à labore requiescerent: &, cum ceſſent, in domum suam introductos hospitio benignè accipiebat, & verbis, & factis eorum omnem propulsabat molestiam. Quare non sustinuit Dominus, despicere animam hanc: neque animam Aglaidis, quæ & ipsa in Bonifacij liberalitatem consensit, & multum auri tradidit, ut etiam haberet, quod distribueret pauperibus.

## §. IX.

*Si Deum erga se volunt misericordem peccatores, sint ipsi misericordes, erga pauperes.*

Nimirum beati misericordes, quoniam ipsi Matt. 5.7 misericordiam consequentur. Hæc sunt iudicia diuinæ bonitatis, vt si quis pauperi det obolum, emat cœlum; si panem porrigit, aut aqua frigida haustum, mercede sua non careat. Matth. 9.40. Qua mercede? Nimirum huius & alterius vitae. Hinc nihil speciatim dixit, quando dixit: *misericordiam consequentur*; vt vtrumque dixisse censeatur. Quando enim dixit: *Beati pauperes spiritu*; non addidit, *quoniam illorum est regnum mundi & cœli*, sed limitatè addidit: *Quoniam ipsum est regnum cœlo-*